



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1100. Usque Ad Annum 1143

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90117999

§. 40. Albertus Archiepiscopus Moguntinus contra Imperatorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66385](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66385)

Sæcul. XII.

A.C. 1116.

Die Veneris rebellis juvenis tecta il-
lorum, quos Papæ addictos ad defectio-
nem frustra sollicitaverat, dejicit, & Petri
Leonis ædes turresque solo æquat. Pa-
pa satis intelligens, Seditiosos sine sangui-
ne & cæde compesci non posse, non nul-
los Romanos Proceres largitionibus sibi
devinxit, conferta est pugna, & Seditiosi
victi; sed plerique eorum, qui Papæ fi-
dem juraverant, Ptolomæo Duce, defe-
cerunt. Tota illa Regio in Pontificem
arma cepit, nec prius remisit belli civi-
lis furor, quam messis labor instaret, &
æstivo calore corpora languerent.

§. XL.

*Albertus Archiepiscopus Moguntinus
contra Imperatorem.*

Ab. Ursper. an. 1117. Dum hæc Romæ geruntur, Imperator
in Longobardia versabatur, per nun-
cios de pace agens cum Pontifice, qui
respondabat: *Fidem datam servavi, li-
cet vi extortam. Imperatorem non ex-
communicavi, sed eum præcipua Ecclesie
membra excommunicationis censura ferie-
runt, quam ego ipsis inconsultis, & extra
Concilium, in quo partes auditæ fuerint,
tollere non possum. Nam vix ulla dies
præterit, qua non epistolas a Transalpi-
nis, præsertim ab Archiepiscopo Mogun-
tino accipiam, quibus me ad id faciendum
bor-*

bortantur. Ceterum Præful Mogunti-
 nus, Albertus nomine, tunc Imperatori
 usque adeo infensus erat, ut nemo ma-
 gis. Is olim Henrici Cancellarius & ar-
 canorum omnium conscius, suo potissi-
 mum consilio eum impulerat, ut Pascha-
 lem Papam custodiæ traderet; postquam
 vero vidit, privilegium a Papa conce-
 sum ab omnibus damnari, & Imperato-
 rem ab Archiepiscopo Viennensi & Epi-
 scoporum plerisque excommunicari,
 ejusdem Principis Adversariis junctus
 est, qua re comperta Henricus Archie-
 piscopum anno millesimo centesimo duo-
 decimo captum, annos tres in arcto car-
 cere dure habuit.

Sæcul. XII.
 A.C. 1116.

Serrar. Mo-
gun. p. 801.

Sup. §. 3.

Ursperg. an.
 1112.

Cum Imperator ad Festum Sanctorum
 omnium Comitia Moguntia celebraret,
 cives occasione usi, subito impetu captis
 armis Palatium circumstant, multique in
 vestibulum irrumpunt, furioso clamore
 petentes, ut Præful Moguntinus libertati
 restitueretur. Compulsus est Imperator
 promittere, facturum se quod volebant,
 & datis obsidibus e civitate egressus, post
 paucos dies Præsulem liberum dimisit,
 squalore carceris ita attenuatum, ut vix
 ossibus hæreret. Albertus inde Colo-
 niam petiit, ut a Legato Dieterico con-
 secraretur, illo autem Præsule in itinere
 vita functo, ipse in eadem urbe in Festo
 S. Stephani vigesima sexta Decembris

Id. 1115.

Z 2

anno

Sæcul. XII. anno millesimo centesimo decimo quin-
 A.C. 1116. to, Ottone Episcopo Bambergensi manus
 imponente, ordinatus est. Ex eo itaque
 Dodech. an. tempore Albertus Imperatori infestus
 1116. fuit, quo Principe absente Germania se-
 ditionibus, cædibus, incendiis, latroci-
 niis horrebat.

Mathilde Comitissa eodem anno mil-
 lesimo centesimo decimo quinto, vi-
 gesima quarta Julii, in Vigilia S. Jaco-
 bi, annos nata sexaginta novem, mor-
 talitati erepta, qui mortis nuncium Im-
 peratori attulerunt, suaserunt, ut posses-
 sionem amplissimæ hæreditatis adiret.
 Non enim apparet, ullam tunc rationem
 habitam fuisse Donationis, qua Princeps
 defuncta Ecclesiæ Romanæ omnia contu-
 lerat, aut Paschalem Papam quidquam
 movisse, ad pinguissimum patrimonium
 colligendum. Hæc ergo Imperatori præ-
 cipua fuerat itineris in Italiam suscepti
 causa, ideoque in Liguria tempore Pa-
 schali anno millesimo centesimo decimo
 sexto versabatur, cum ea nunciantur,
 quæ Romæ acta erant, & Papam ad fu-
 giendum compulerant. Lætissimus Hen-
 ricus dona Cæsarea novo Urbis Præfecto
 Romanisque mittit, & significari jubet,
 se ipsum quamprimum posset, Romæ
 præsto futurum.